

connexa est, concinnata, cumalata, addita, ex Anonymo. Concinnarunt, confixerunt artificiosè contra me mendacium superbi et arrogantes. SCRUTABOR, custodiam, Hebraicè *etor*. Nempè scrutanda sunt mandata Dei, non tam ut sciatur, quam ut implentur.

VERS. 70. — COAGULATUM, pinguefactum, incrassatum præ adipè. Crassitie obtusum est cor eorum, ne tua verba intelligat, neque his delectetur, ut Isa. 6, 10, Matth. 13, 14, Exod. 7, 13. Unde Chaldaeus hic fomitis meminit: *Incrassatus est, sicut adeps, fomes cordis eorum*. Unde Apostolus, 1 Cor. 2, 14: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus*. Chrysostomus refert ad hostes: Obduratum est cor eorum adversum me. Possit esse antithesis: Delicis vacant et voluptatibus, ego verò legem tuam meditator. Hæc meæ sunt delicis. Sicut LAC. Masoretè *heled* per quinque puncta legitur: Sicut adeps, pinguefactum est cor eorum, id est, obtusum factum, et quasi arvinò obductum, ne legem tuam scrutentur et servant. Septuaginta per geminum cabets, *halab*, sicut lac: metaphora quædam diversâ, sed sensu eodem, quem all-

IOD, id est, Principium.
(Eusebius, Hieronymus.)

75. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

74. Qui timebit te, videbit me, et tætabuntur: quia in verba tua supersperavi.

75. Cognovi, Domine, quia æquitas judicis tua; et in veritate tuâ humiliasti me.

76. Fiat misericordia tua; ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo.

77. Veniant mihi miserationes tuæ; et vivam, quia lex tuâ meditatio meâ est.

78. Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

79. Convertantur mihi timecentes te, et qui noverunt testimonia tua.

80. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

COMMENTARIUM.

VERS. 75. — MANUS TUÆ FECERUNT ME, ET PLASMaverunt, considerunt, formaverunt, aptarunt. Manus Dei anthropopathos, ejus potentia, quæ fitur ad res fabricandas, sapientia, bonitas sive amor et affectus: quæ etiam digitus appellatur, Psal. 8, 4. Est enim incorporeus, nisi malis Dei Verbum et Spiritum; quibus tanquam manibus instructus omnia præcævit. Facere de animâ; plasmare, sive fingere, de corpore. In Deo, duo considerantur præcipue, essentia, et energia. Quoniam autem essentia ipsius est incorporea, membra, ipsi attributa, energis actiones, sive operationes indicant, quæ a nos ascendunt, essentia interm illius intrâ sese manent. DA MIHI INTELLECTUM, intelligere fac me, erudi me.

VERS. 74 (1). IN VERBA TUÂ SUPERSPERAVI, in tuis promissis speravi vehementer.

(1) QUI TIMEBUNT TE, etc. Sensus: Cùm tu timeentes

qui ad temporarias delicias et felicitatem conferunt. His enim ebrii peccatores, inepti sunt ad divina. Meditatus sum, in deliciis habui, propriè. Antithesis: Ipsi se oblectant rebus pinguibus et delicatis, ego habeo in deliciis legem tuam, illâ me passo et agino.

VERS. 71. — BONUM MIHI, QUIA HUMILIASTI, vexasti, afflixisti. Afflictio erudit, Hebr. 12, 6. *Infirmitatem afflictio, mater virtutum*, Salvianus lib. 4 de Provid.

VERS. 72 (1). — SUPER MILLIA AURI ET ARGENTI, plusquam aureorum argenteorumque millia, utilior meliorque est mihi oris tui lex, disciplina, doctrina. LEX. Doctrinam sic nominant, ut supra, Psal. 24, 8: *Legem dabit delinquentibus in viâ*. Et sanè *tora, lex*, deducitur ab *horah*, docuit. Potest metonymicè significare legis observationem: Melior mihi est legis tuæ observatio, mihi utilis est observare legem tuam, quam abundare aureorum et argenteorum millibus.

(1) BONUM MIHI LEX, etc. Hunc versiculum quidam R. Joseph provocatus spe ingentis lucri, ut addit locum ubi nulla erat synagoga, fertur adduxisse et se excusaret. Meminerimus nos Christiani. (Muis.)

75. Vos misis m'ont fait, et m'ont formé: donnez-moi l'intelligence, afin que j'apprenne vos préceptes.

74. Ceux qui vous craignent, me verront, et se réjouiront, parce que j'ai mis ma confiance dans vos paroles.

75. Je reconnais, Seigneur, que vos jugements sont l'équité même, et que vous m'avez humilié avec justice.

76. Que votre miséricorde vienne pour me consoler, selon la parole que vous avez donnée à votre serviteur:

77. Que votre compassion s'étende sur moi; et je vivrai, parce que votre loi est l'objet de mes réflexions.

78. Que les orgueilleux soient confondus, parce qu'ils m'ont persécuté injustement: pour moi je ferai mon occupation de vos préceptes.

79. Que ceux qui vous craignent, et qui connaissent vos décrets, se joignent à moi.

80. Que mon cœur soit sans tache par l'observation de vos commandements, afin que je ne sois point confondu.

VERS. 75. COGNŌVI, DOMINE, QUIA ÆQUITAS JUDICII: præcepta tuâ cognovi esse æquâ et justâ. Alii, judicâ pro afflictionibus et penis. Et in veritate, et quid verè, id est, rectè, justè, jure et meriti afflixisti me; scio. Kimhi cum Septuaginta subaudit 2 in. Verè, quæ patior, justè patior.

VERS. 76. — FIAT MISERICORDIA TUÂ. Sit mihi misericordia tuâ in his malis consolationi, secundum eloquium tuum, quod promissisti servo tuo, ut tu mihi servo tuo es pollicitus. Tua misericordia mihi consolationem præstat. *Veritate humilitatis, misericordia* ad viderint me ereptum ex his malis (nam puto ad hoc esse referendum hunc versum), emiverò tuum scribò lababunt et triumphabunt, quod ego in verbo et promisso tuo spem semper habuerim. Interpretatur enim certè me tuâ ope servatum, ac sic in sua spē meo exemplo confirmabuntur. *Qui timebit te, videbit me*. In fonte est paromœon elegans, *serecha tirami*. (Muis.)

consolationem instauratur, Augustinus. SERVO TUO, ad servum tuum, ut construat cor proximis, secundum eloquium tuum servo tuo factum, id est, mihi. Sicut mihi servo tuo locutus es.

VERS. 77. — VENIANT MIHI MISERATIONES TUÆ, ET VIVAM. Mortuum se existimat, divinâ benevolentia privatus; idèo ut reviviscat per divinam benignitatem precatur: Theodoretus. *MEDITATIO, delicis*; propriè, oblectatio.

VERS. 78. — CONFUNDANTUR SUPERBI, QUIA INJUSTÈ, quia injuriâ affecerunt me. Hebraicè, *chischcher hu-velhami*, id est, quia falsò perverserunt me, id est, quia falsò perversum me dixerunt. Non hostibus imprecat, sed pro eis preces fundit, quandoquidem confusio et ignominia salutem procreant: Theodoretus.

20 CAPH, id est, *Vola manus*.

(Eusebius, Hieronymus.)

81. Defecit in salutare tuum anima mea, et in verbum tuum supersperavi.

82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?

83. Quia factus sum sicut uter in pruinâ: justificationes tuas non sum oblitus.

84. Quot sunt dies servi tui, quando facies de persequentibus me judicium?

85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.

86. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me; adjuva me.

87. Paulominus consummaverunt me in terrâ: ego autem non dereliqui mandata tua.

88. Secundum misericordiam tuam vivifica me; et custodiam testimonia oris tui.

COMMENTARIUM.

VERS. 81. — DEFECIT IN SALUTARE TUUM (1), præ desiderio (sic enim exprimitur boni desiderii vehementia) ardet, languet ad salutem tuam, concupiscit ardentissimè salutarem tuam legem, vel tuam defensionem. Alii: Christum salvatorem, Luc. 2, 50. *IN VERBUM TUUM*, in promissio tuo spem habui.

VERS. 82. — DEFECERUNT OCULI MEI IN ELOQUIUM (2),

(1) «Amor impatiens... si diutius poliundi desideria differantur, ipsa debent expectatione dum spectant... Et quidquid est desiderabile, si non contingat desideranti, deficit in illud; et quasi ipsam deponit animam qui desiderat... Id est ergo deficere, ad id cumquequod totis studis frigare, quod diligit. Et tunc cogitat, illi adheret, illud personat quod receptum diligendum, in id quadam anime detectione transfunditur.» Ambrosius, edit. Bened. serm. 11 in Psal. 118, n. 5. *In salutare tuum*.. Idem Ambrosius, ibid., n. 4: «Sanctus et timens Deum nescit aliud desiderare, nisi salutem Dei, quod est Christus.» Jesus; illum concupiscit, illum desiderat; in illum totis intendit viribus; illum gremio mentis fovet; illi se aperit et effundit; et hoc solum veretur; ne illum possit amittere.»

(2) Ambrosius: «Nominè quando aliquem desideramus et speramus adjuvare, et dirigimus oculos inde speramus esse venturum?.. Sic tempore non actus, de speculâ litoralî, indefessâ expectatione conjungit præstolatur adventum, ni quancumque navim viderit, illic pater conjungit navigare, metuatque ne vi-

VERS. 79. — CONVERTANTUR MIHI. Dativus emphaticus, sive commodi et personæ, qui aliqui Latine vacat, ut Cant. 4, 8: *Si ignotas tibi*. Pulchra antithesis: Confundantur superbi; timeentes autem te convertantur mihi, id est, meo magno gaudio et voluptate. Alii: Ad me, ut in Romano Psalterio, revertantur, mihi conciliantur, ad me redeant, qui à me erant alienati propter meas calamitates et miseria. Alii: Ad me colligantur pii, qui vitam inopem et vagam degunt; sublatis de medio impiis, adjungant se mihi.

VERS. 80. — FIAT COR MEUM IMMACULATUM, perfectum, integrum, ab omni reprehensione liberum. Fa integrè et perfectè in tuis statutis vivam.

81. Mon âme est tombée en défaillance dans l'attente du salut que j'espère de vous; et j'ai mis ma confiance dans votre parole.

82. Mes yeux se sont affaiblis en attendant l'effet de votre promesse; ils ont dit: Quand est-ce que vous me consolerez?

83. Je suis devenu comme une outre exposée à la gelée; cependant je n'ai point oublié vos décrets.

84. Combien de jours reste-t-il encore à votre service; jusqu'à ce que vous fassiez justice de mes persécuteurs?

85. Ces hommes méchants m'ont racontés des fables, mais tous ces discours étaient bien différents de votre loi.

86. Tous vos commandements sont la vérité même: (mes ennemis) m'ont persécuté injustement, secourez-moi.

87. Peu s'en est fallu qu'ils ne m'aient détruit sur la terre; mais pour moi je n'ai point abandonné vos ordonnances.

88. Rendez-moi la vie en vertu de votre miséricorde; et je garderai les oracles de votre bouche.

præ desiderio et expectatione tui promissis. Vehementissimè expectaverunt oculi mei eloquii tui præstationem et confirmationem, ad eam elanguescent. Theodoretus etiam de divinâ Scripturâ; non modò enim deficit, qui divinam promissionem et liberationem ab imminetibus periculis expectat, sed etiam qui divina oracula leccitat, et putat hominum inventum sensum esse sibi consolationem et voluptatem. Per propositam transferat ad oculos, quod superiore versu de animâ dixit, ut nihil necesse sit de interioribus animi oculis duntaxat interpretari. Deficere etiam hic est animi deliquium pati, et languere præ ingenti desiderio. Non tam rectè aliqui, perire, consumi præ assil-

endi gratiam dilecti alius antevortat, nec ipsa possit prima dicere: Video te, mirrite. Vide reliqua apud Ambrosium, ibid., n. 9. Quod non plane spiritus; nec tamen potuit temperare, quin hæc existeret. Sic affectus est quisquis cum Paulo discipuli enavit et esse cum Christo, Phil. 1, 25; sic denique qui semel gustato bono Dei verbo, ut idem Paulus ait, sibi postea relictus, deficit tædio sui, ac reddi sibi postulat prægratitiam suavissimâ amoris dulcedinem. *Oculi mei... afflicti*... Quisquis amat Deum, legemque ac veritatem ejus, non tantum verbis, sed etiam toto corpore, ac maxime cæcis in altum sublatis ac præ attentione deficientibus, loquitur. (Bossuet.)

duo mœore, et calamitatum mole. DICENTES, dicendo. Prospœcia, quasi loquantur oculi, dum ardentè expectant consolationem.

Vers. 85. — *QUA FACTUS SUM SICUT UTER* (1), sicut pelvis in exhalatione vel fumo factus sum, id est, totus aëro et contabescens, fractus calamitatibus et tentationibus, cutim habens similem utri et lagenæ coriaceæ, fumo in rugas contractæ et induratae: Chald. : *Sicut uter suspensus ad fumum*. Nostri doctè *kitor* verterunt pruinam; etsi vox generalis sit ad omnes siccas exhalationes in aërem sublatas, quoniam pruina à perurendo, inquit Festus; perurit enim instar cineris, ut infra, Psal. 147, 16. Unde et utrem contrahit et corrugat præ reliquis exhalationibus. Deinde, quia utres solent rugari et contrahi pruinis et similibus aëris affectionibus, potius quàm fumo, quod eorum usus sit in exportando et importando, non ut in ignem mittantur, torreantur, vel ad fumum suspendantur: Chrysostomus. *Sicut uter in pruina, id est, frigore contractus*. Sic immutabitur Hebraica metaphora, sed non sententia. Euthymius: *Sicut pruina contractum utrem laziorem atque molliorem fieri aiunt, ita se debilitatum ac dissolutum asserit calamitatibus*. Quò etiam aliqui lumi similitudinem accommodant. Sicut uter mollior calefactus, et extenditur, sic corpus meum delictis diluit, et mœore comprimitur. Sed aptius ad rugas et contractionem: ut enim uter calefactus mollior, et tumefactus extenditur, ita in pruina et fumo obdurescit atque con-

(1) Hebr. : *Si etiam fumus*; hoc loco est hypotheticon, ut Isa. 54, 10, Psal. 27, 10. *Sicut uter in fumo*, id est, si etiam miseris corpus meum ita enectetur, ut sit instar corii utris vinarie, quæ in aëre fumoso exsiccata, sub ponte corrugatur. Solebant enim veteres vina sua cadis utribusve injecta tabulatis includere fumo pervis, in ediliis domuum locis, quia experiendo didicerant, citius inveterescere, et crudi, qui in novis vinis deprehenditur, saporem deponere, si admissio fumo paulatim coquerentur. Columella de Re rust. lib. 1, 6, 20: «Apothecæ (id est, cellæ vinarie) rectè superponuntur his locis, unde perierumque fumus balnearum oritur, quoniam vina celeriter vetustatem, quæ fumi quodam tenore præceocem maturitatem trahunt.» Alludit ad hanc consuetudinem Horatius, Od. 3, 8:

*Hic dies anno redeunte festus
Corticem adstrictum pice dimovebit
Amphoræ, FUMUM BIBRÆ INSTITUTÆ,
Consule Tullo.*

Martialis 10, 56:

*Improba Massilia quicquid fumarum cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.*

Et 3, 57:

Vel cocta fumis musta Massilitanis.

Ovidius, Pastor. 3, 317:

*Quæque puer quondam primis diffuderat amnis,
Promittit rursus condita vina CASO.*
Cum tali igitur utro planè exsiccato vates Hebraeus sese comparans hoc dicit: etiamsi maximis conficiat miseris, tamen non desinent mihi curæ esse præcepta tua. (Rosenmüller.)

JUSTIFICATIONES TUAS NON SUM OBLIVIS: tamen languis ac mœrens, atque à te desertus ad tempus, tamen tui non obliviscor; quæ vera est charitas, etiam descendi ac velut fugienti inlatore, exemplo Christi delicti ac dicentis: *Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Psal. 21, 2. (Bossuet.)

trahitur. Quod miseræ est symbolum. Quia, quamvis; *chi* hoc aliquando significat, ut infra, Psal. 138, 4.

Vers. 84. — *QUOT SUNT DIES SERVI TUI*, quibus servus tuus victurus est in his calamitatibus, id est, ego; de se loquitur in tertiâ personâ: Quamdiu victurus sum in his malis et crucibus? *Quot, camma*, ò quanti, ò quam multi; q. d.: Nimis multi sunt dies calamitatum mearum. QUANDO, eoque, interrogat ut supra, Psal. 41, 5. JUDICIUM, supplicium. Ergo hoc Psalmo *judicium*, nunc pro justâ Dei lege, nunc pro justo supplicio, nunc pro more et consuetudine sumitur. Hæc autem est vox martyrum, apoc. 6, 10, quibus imperator patientia, donec fratrum numerus impleatur. Augustinus.

Vers. 85. — *NARRAVERUNT MIHI INIQUI FABULATIONES*. Emolliunt hanc metaphoram: Foderunt mihi iniqui fabulationes seu foveas, quæ non sunt secundum legem tuam. FABULATIONES, rugas multaque ineptias, quæ non possunt comparari cum legis tuæ deliciis et suavitate. Hæretica, perversa et vaniloqua dogmata: item seculares litteræ et deuterose intelligentiæ Iulianus et Augustinus. *Schiath* per *W* sinistrum significat verba, loquelas, fabulationes, fabulas. Masoreta scribunt per *W* dextrum, ut significet foveas, et persistat in metaphorâ: *Foderunt mihi iniqui foveas* (id est, insidias struxerunt) *contra tuam legem*. Tunc enim hoc sonabit: *Quid non secundum legem tuam, sive, quod non ut lex tua*. Etsi alii exponant: mihi foveam struxerunt, quæ me interceptent, quod aliqui tuæ legi repugnant. Sententia nostrorum non nimis est apposita, quamquam sensus non admodum variet. Dum enim impij suggerunt justo seculi vanitates et voluptates Dei legi repugnantes, quid aliud sunt hæc fabulationes, quàm foveæ? ac hujusmodi futilitates narrare, quid est nisi foveas fodere Dei legi contrarias?

Vers. 86. — *OMNIA MANDATA TUA VERITAS, VERISSIMA ET JUSTISSIMA*, ut supra, Psal. 110, 5: *Opus Domini, confessio et magnificentia*, id est, confitendum et magnificentissimum. *Emuna* etiam fidem et notitiam religionis significat. Unde aliqui hæretici, inquit auctor fasciculi Myrrhæ, Exod. 19, sic interpretabantur: *Omnia mandata tua fides*, id est, sunt *posita in fide et cognitione tuâ. Quod est falsum*, inquit. Itaque subjicit: *Ego autem non dereliqui mandata tua, quia ea facerem. Idem enim patres nostri Mosis dixerunt: Omne quod dixerit Dominus nobis, faciemus; et sapientes nostri proverbio celebrabant: Sapientia major factis non est sapientia*. Item *Thalmud* (id est, disciplina, doctrina): *sine opere non est magna Thalmud*. Iniqui. Iniquè melius, nempe sine causâ; injuriâ et immerito, ut congruat voci *sheker*, subaudi *bè*, et *adixæ*. Adjuva me iniquè persecutionem patientem.

Vers. 87. — *PALLI MINTS CONSUMMAVERUNT ME IN TERRA*, ferè, penè consumperunt. Paululum abfuit, quin perderent atque exitio afficerent, ut Chrysostomus. In TERRA, terrigenæ, mortales, qui in terrâ degunt. Aliqui construnt à parte posteriore verbi: *Ferè in terram me prostraverunt, ad nihilum redegerunt, in pulverem propè consumperunt*.

Vers. 88. — *SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM*, pro tuâ misericordiâ conservâ me in vivis, et ab iniquis persecutionibus me, vers. 86. Sum veluti mortuus,

לָמֶד LAMED, id est, *Disciplina*.
(Eusebius, Hieronymus.)

89. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in celo.

90. In generationem et generationem veritas tuâ: fundasti terram, et permanet.

91. Ordinatione tuâ perseverat dies, quoniam omnia servant tibi.

92. Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc fortè perissem in humilitate meâ.

93. In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.

94. Tuus sum ego, salvum me fac, quoniam justificationes tuas exquisivi.

95. Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.

96. Omnis communicationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

COMMENTARIUM.

Vers. 89. — *IN ÆTERNUM, DOMINE*. Hoc octonario per firmitatem, quâ, quæ primò decrevit, perseverant, Deum precatur. *VERBUM TUUM*; decretum, mandatum tuum in æternum permanet in caelis. Cœli tuo decreto et verbo sunt stabiles et firmi in perpetuum; nam non interibunt secundum essentiam, sed duntaxat qualitates. Jussio tua perstat, vim habet in celo, adèo ut, si illud voces, stet ante te, tanquam servus paratus ad obsequium. *VERBUM*, metaphoricè de voluntate. Estque allusio ad 1. cap. Genes. Quicquid est verbo Dei constituti, creatum est et conservatur. In cœlo, contra quum in inferioribus, ubi omnia sunt fluxa, et variis mutationibus obnoxia, oriuntur, intereunt, etc., et in quibus verbum Dei tantum permanet ad tempus, id est, quamdiu existant in rerum natura. His exemplis de perennitate cœli et terræ, docet legem Dei non posse antiquari, et quicquid ipse constituerit, ratum esse ac fixum. Aliqui per cœlos, non cœlestia corpora, sed cœlites et angelos metonymicè intelligunt, qui semper Deo obsequuntur et parent, secundum illud: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terrâ*, Math. 6, 10. Theodoretus utrumque: *Eodem enim*, inquit, *tempore mimis non solum cœlos, sed etiam cœlites divinum custodire legem, et ab omni transgressione immunes esse*.

Vers. 90.—*IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM VERITAS*, firmitas decretorum tuorum, verum tuum verbum, et decretum. Loquitur enim de rerum conditarum firmo statu. Nam allegoriam sapit. Theodoretus de veritate et salute per Christum, quam populus Judoarum; indeque gentium est adeptus; interpretatur.

Vers. 91.—*ORDINATIONE TUA PERSEVERAT DIES*, sicut ordinasti, sicut statuisti. Commendat Dei verbum à constantia. Explicarent hæc Hebraica: *Lemischp-theca hameda haïom*, id est, *secundum judicia tua*

erue me ab his malis, et in præceptis, de quibus os tuum est testificatum, persistam.

89. Votre parole, Seigneur, subsiste éternellement dans le ciel.

90. Votre vérité passe de génération en génération: vous avez établi la terre, et elle persévère (dans l'état où vous l'avez mise).

91. Le jour se maintient selon les lois que vous avez posées; car tout obéit à votre volonté.

92. Si votre loi n'avait pas été l'objet de mes méditations, j'aurais peut-être péri dans l'humiliation que j'ai éprouvée.

93. Je n'oublierai jamais vos préceptes, parce que c'est par eux que vous m'avez rendu la vie.

94. Je vous appartiens, sauvez-moi, car je recherche avec soin vos ordonnances.

95. Les impies m'ont attendu pour me perdre: mais j'ai compris vos ordonnances.

96. J'ai vu la fin de toute perfection; mais votre loi est d'une étendue infinie (ou, à laquelle je ne puis atteindre).

steterunt dies, Ubi *dies* est singularis numeri. Sed sic loquuntur Hebræi in distributionibus, id est: dierum quilibet, dies singuli ex tuâ sententiâ consistent, tuo decreto perstant, secundum leges tuas progrediuntur, ut exsequantur quicquid eis præceperit. Hoc enim malo, quàm quod Rabini: Secundum judicia tua steterunt hodie (id est, usque ad hunc diem, cœlum selicet et terra). Alii *dies* metonymicè accipiunt: Quicquid ab initio creavisti usque in hodiernum diem, ita consistit, ut à te est constitutum. *SERVIENT*, ministrant, et tuis nutibus obtemperant.

Vers. 92. — *NI SI QUOD LEX TUA MEDITATIO MEA EST*. Modus loquendi subjunctivus, pro: nisi lex tua fuisset meditatio mea, sive, ut in Hebræo, *segahschuki*, id est, delectatio (vide supra, v. 47), tunc in malis perissem. Contra afflictiones se consolandum legis divina consideratione. In humilitate, afflictione, inopiâ, miserâ. FORTE. Non habetur in archetypo.

Vers. 93. — *QUIA IN IPSIS VIVIFICASTI ME*, quia per ipsa mihi vitam conservasti.

Vers. 94. — *TUUS SUM EGO*. Cùm tuus sim, curam mei habe, et salva (1).

Vers. 95. — *ME EXPECTAVERUNT PECCATORES: ME* expectantes observaverunt, me præstolabant ad perdendum, mihi insidiabantur, nec tamen desint intelligere tua præcepta.

(1) Scriptum est in Psal. 23: *Domini est terra et plentudo ejus, orbis terrarum, et universi qui habitant in eo*: ego tamen proprie tuus sum, quia agnosco me tuum esse, et volo tuus esse, et nullus aliteris Domini volo esse, cum nulli cupiditati servire decreverim; idè rectè peto, ut me salvum facias, id est, rem tuam conserves, ne preat. *Quoniam justificationes tuas exquisivi*, id est, quoniam tuus sum et tanquam tui solius mancipium, nihil aliud quero, nisi mandata tua, ut illa perficiam. Verè pauci sunt, qui dicere possint: *Tuus sum ego*, quia pauci sunt qui per affectum nulli rei serviant, nisi Deo. (Bellarminus.)

VERS. 90. — OMNIS CONSUMMATIONIS VIDI FINEM, rei quantumlibet consummata et perfecta (juxta Symmachum, totius structura) vidi finem; at (nam est antithesis) mandatum tuum, sive lex tua est valde lata, nec habet finem. Nihil est tam absolutum, cujus non videam interitum, præter legem tuam, que se latissime in omnia secula extendit. Omnia in mundo, tam physica quam humana, tandem deficient et finiuntur, exceptis mandatis Domini. FINEM, esse supple, id est,

כֹּחַ MEM, id est, *Ex ipsis.*
(Eusebius, Hieronymus.)

97. Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.

98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandatum tuum, quia in æternum mihi est.

99. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.

100. Super senes intellexi, quia mandata tua quasi vivi.

101. Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.

102. A iudiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.

103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

104. A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

COMMENTARIUM.

VERS. 97. — QUOMODO DILEXI LEGEM TUAM! Equoniam modo! Admiranter, ut Hebræorum *mah*, quam, quantum, quantoque, quam ardentem. Sic vehementer desiderium explicat. Ad eam tuam legem dilexi, ut illa sit mea quotidiana meditatio, sive lectio, commentatio, occupatio. Hoc octonario exponit fructum, quem ipse ex studio et observatione divinæ legis percipit. Tota, vel omni.

VERS. 98. — SUPER INIMICOS MEOS PRUDENTEM, plusquam, magis quam. Sapienterem me, quam sint hostes mei, reddidisti in tuâ lege. Benzoma aliter infra, vers. 99: *Ab hostibus meis sapientem me fecisti, me per eos docuisti*, de quo opusculum Plutarchi de *Utilitate ex inimicis capiendâ*. MANDATO. ΕΠΙΣΤΑΣΙΣ ΠΑΡ ΤΩΝ ΕΧΘΕΡΩΝ, docuisti me mandatum tuum. Noluerant hunc ablativum resolveri per præpositionem *per*, vel *propter*, quoquam Hebræica hanc resolutionem patientur. QUIA IN ÆTERNUM MIHI EST, mandatum tuum, sive lex tua: quia semper istud habeo, semper illud servo, nunquam illud abjicio, vel desero; quia perpetuum tuam legem habeo propositam, nec sino me ab eâ avelli, quantumvis latent contra me mei hostes; quia semper in animo meo infixâ hæret; quia semper eam in corde conservo. Augustinus: quia ad eternitatem mihi valet: iniquities autem in hoc tantum seculo. Kimhi paulo aliter: *Quia in æternum mea est (lex), quia in æternum servare eam debeo; nam est mihi fœdus salutis, id est, sempiternum*, Num. 18, 19. Eâ de causâ creâsti me. Sic perpetuo sanxisti. Aliqui in genere intelligent de quibuslibet disciplinis, ad quas

interitum. LATUM NIMIS, nimis patens, quam tu possit finire, infinitum, sine carens, se dilatans et extendens in omnem æternitatem; nam migrantem è corpore hominem in cælum sequitur. Ea nimis sunt lata, quæ extremis carent. Alii metonymicè: latum, id est, dilatans, latum reddens. Lex tua animi angustias et difficultates dilatat et discutit: Theodoretus, immortalæ, perennem et æternam vitam concilians et bona, quæ nullam vicissitudinem recipiunt.

97. Comment ai-je aimé votre loi, Seigneur! tout le jour elle est l'objet de mes méditations.

98. Vous m'avez rendu plus prudent que mes ennemis; et c'est l'effet de votre commandement, parce que je m'y attache pour toujours.

99. J'ai été plus intelligent que tous ceux qui m'ont instruit, parce que vos oracles sont l'objet de mes réflexions.

100. J'ai surpassé en science les vieillards, parce que j'ai recherché vos commandements.

101. J'ai gardé mes pas de toute voie d'iniquité, afin de garder votre parole.

102. Je ne me suis pas détourné de vos jugemens; car vous m'en avez fait une loi.

103. Que vos paroles sont agréables! elles ont pour moi plus de douceur que le miel le plus délicieux.

104. J'ai été instruit par vos commandements: c'est pour cela que j'ai eu en horreur toute voie d'iniquité.

pleniùs percipiendas opus est Dei auxilio singulari, ut gratia naturam perfectat. Unde Catholici, cæteris paribus, etiam in humanis artibus et scientiis sunt doctores hæreticis, paganis, etc., propter singularem Spiritûs Dei præsentiam, Dan. 1, 20.

VERS. 99. — SUPER OMNES DOCENTES ME (1): *ppp*, plusquam, ut superiore versu et sequent. 100.

105. SUPER MEL, plusquam mel, sunt dulciora, grata et probata. Ex legis Dei studio, vel in lege Dei non solum factus est prudentior inimicis, verum etiam sapientior doctoribus, et intelligentior senibus. Divina gratia omnia ascribit: Theodoretus. Benzoma, citra comparisonem, tres hos versiculos 98, 99, 100 intelligit ut præpositio *mihi* absolute accipiatur pro *à, ab*. Ab inimicis meis prudentem me fecisti; ab omnibus docentibus me didici; à senibus intellexi, ne que me ab eis puidit quicquam discere. Itaque dico ego eum duntaxat esse sapientem, qui dicit à quolibet homine, etiam inimico, nec erubescit à quoquam doceri. Quoniam David cecinit: *Ab omnibus docentibus me intellexi*. Ille ille in fasciculo Myrthe, Gen. 12.

VERS. 100. SUPER SENES INTELLEXI (2), præ senibus. (1) Aben-Ezra: *Manis sapi, quam informatores mei, eo quod omnem meditationem meam impedierim legi tuæ; que ipso plus me erudit, quam illi. Alii hoc putant pertinere ad Antiochia tempora, quibus constitutus est sacerdotum ordine aliquos defecisse ad hostes. Eadem sententia, versu sequenti, verbis aliis exprimitur. Seniorum nomine ibi similiter doctores publicos aliqui intelligunt.* (Rosenmuller.)

(2) Hæc est utilitas legis, quia non solum prudentiam, sed etiam sapientiam gignit. Sed tamen, quoniam

bus, qui à majoribus multa didicerunt, et multa experti sunt. Allegoricum est illud Ambrosii, novum populum, qui hic loquatur, supra senioreni Judaicum intelligere.

VERS. 101. — AB OMNI VIÂ MALÂ PROHIBUI, cohibui, in carcerem conclusi. PEDES, pro affectibus et motibus animi, quos oportet in carcerem veluti concludere, et compedibus vincire, ne ferantur ad prava.

VERS. 102. — LEGEM POSUISTI MIHI, docuisti me; videtur David nimium sibi tribuere, anteposendo sapientiam suam sapientiæ omnium, qui illum præcesserunt, in quibus erant Adam, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, Samuel, et alii, sanctus Augustinus docet hæc dici in personâ Christi, qui cum esset annorum duodecim, et videretur quasi discipulus auctoris legis doctores et seniores, tamen *super omnes docentes se intellegit*. S. Ambrosius in personâ populi Christiani. Sed fortasse non erit necesse ad ista confugere: nam per omnes docentes intelligere possumus eos solos qui Davidem puerum, vel adolescentem, docuerunt, parentes videlicet et paedagogos suos familiares. Quavis enim non sit discipulus super magistrum, dum discipulus est, potest tamen is qui discipulus fuit diligentia et studio superare eum qui magister ipsius aliquando fuerat. Sic David facile sapientiæ magistrum suos vicit propter continuam meditationem in lege Domini. Idem etiam intelligimus de senibus: non enim voluit David dicere se sapientem fuisse super omnes senes qui fuerant ab initio mundi, sed se adhuc juvenem sapienterem fuisse multis senibus ob studium suum assiduam in lege Domini meditantem. (Bellarminus.)

יָזֵן NUN, id est, *Sempiternum.*
(Eusebius, Hieronymus.)

105. LUCERNA PEDIBUS MEIS VERBUM TUUM, et lumen semitis meis.

106. JURAVI ET STATUI, custodire judicia justitiæ tuæ.

107. Humiliatus sum usquequaque, Domine: vivifica me secundum verbum tuum.

108. Voluntaria ori mei beneplacita fac, Domine, et judicia tua doce me.

109. Anima mea in manibus meis semper; et legem tuam non sum oblitus.

110. Posuerunt peccatores laqueum mihi; et de mandatis tuis non erravi.

111. Hæreditas acquiritis testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.

112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.

COMMENTARIUM.

VERS. 105. — LUCERNA. Verbum Dei est lux, lumen, lucerna, quoniam ad Deum dirigit in agendis, credendis, sperandis, amandis, et ducatum præstat, ne usquam offendamus et labamur in vite hujus tenebris, neve aberremus ab eâ viâ que ducit ad vitam beatam. Est enim fides et vite regula, monstrans viam in tenebris mundi ad vitam æternam, Isa. 8, 20; 2 Pet. 1, 19. Theodoretus lucernâ legem Mosis intelligit, lumen Christum; nam illi quidem ut lucerna yix unam illuminavit gentem, hic vero (totum orbem terrarum. Item lucerna cum adhuc nox esset, at postea lux vera illuminavit omnem mundum, illuxit.

supra, vers. 35. Alii, constituiti mihi legem, ac dedisti, quam sequor. Quia sic lege mihi imposita et data constituiti.

VERS. 105. — SUPER MEL ORI MEO. Suavior mihi est legis tuæ meditatio, quam ori mel. Est nunc membrum per asynthonem et zeugma: (Et super mel ori meo (sunt eloquia tua).

VERS. 104. — A MANDATIS TUIS INTELLEXI, ex præceptis tuis eruditus sum, et intelligentiam consecutus, è tuâ lege didici quid sit credendum, quid faciendum, ut mox: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. Meditatione et scientiâ præceptionum tuarum intelligens et prudens factus sum. Quare et odio prosequor omnem semitam mendacii, vel metonymicè, eos qui iniquè vivunt. Ovisi, odio habui, odi. Interim verbum est Latinum præteriti significationem magis exprimens, quam *odi*. Hinc apud M. Gieronem 15 Philip., in M. Antonii epistolâ de Pompeio mortuo: *Mihi quidem constat non deserere partes quas Pompeius odit, id est, quas, dum viveret, odit non quas nunc odit, cum sit mortuus. Odio, odii, veteres dicebant. Hinc odirem, apud Charisium, lib. 5, et *osi* sant, passivè apud Festum. Hæc adversus istos qui nostram editionem inælegantia arguere temerè solent. INQUIRATIS, *steker*, mendacii propriè. Quod alium referunt ad falsam doctrinam et corruptelas.*

105. Votre parole est la lampe qui éclaire mes pas; elle est la lumière qui me montre les sentiers où je dois marcher.

106. J'ai fait serment et j'ai résolu de garder les décrets de votre justice.

107. Je suis humilié (ou affligé) de toutes parts; Seigneur rendez-moi la vie selon vos promesses.

108. Agrérez, Seigneur, les offrandes volontaires de ma bouche, et enseignez-moi vos jugemens.

109. Mon âme est toujours entre mes mains, et je n'ai point perdu le souvenir de votre loi.

110. Les pécheurs m'ont tendu des pièges; mais je ne me suis point écarté de vos commandements.

111. J'ai regardé vos décrets comme mon héritage perpétuel, parce qu'ils font toutes les délices de mon cœur.

112. J'ai penché mon cœur vers vos commandements pour les accomplir avec constance, à cause de la récompense (que vous avez promise).

VERS. 106. — JURAVI ET STATUI (1), in circumcissione, baptismo, confirmatione, et reliquis fidei et religionis actionibus, tam solemnibus quam privatis votis et professionibus. ET STATUI, Et expositivè sumitur. Nam jurare hic nihil aliud est quam firmiter decernere, statuere et promittere.

VERS. 107. — HUMILIATUS SEM USQUEQUAQUE, affligi-

(1) Plana est hujus versus sententia. Miror quid in mentem venerit Genebrardo, ut sic exponeret, *juravi*, in circumcissione, baptismo, confirmatione, etc. Quasi verò tunc essent baptismus et confirmatio. Deinde cur restringitur sic *et juravi*? ET STATUI. Malè qui vertunt: *et statuum, seu præstabo.* (Muis.)

cius sum vehementissimè, ex his malis erue me, vel vivere fac me secundum legem tuam, et piè.

VERS. 108. — VOLUNTARIA ORIS MEI BENEPLACITA. Substantivè pro votis et voluntariis oblationibus. *Gal.*, *devotions*. Oblationes oris mei (ut orationes meas) liberales et spontaneas acceptas habe et placitas. *Spontanea sacrificia oris mei benè placeant tibi*. Hebr. *nidboth pi retse na*. Sic autem vocat hymnos suos et laudationes ultroneas, vel etiam sacrificia pacifica citra votum vel obligationem oblata, quæ pro gratiarum actione fiebant, non ex præcepto legis. Quibus Hebræi *neder*, vota, votiva sacra, et *hoba*, debitum, sacrificia ex debito opponunt. Theodoretus refert ad consilia evangelica, quæ legis necessitati minime subjunguntur, sed piè et religiose mentis sunt fructus, ut virginitas, continentia post nuptias, paupertas, solitaria vita, eremi commoratio, etc. Oris ore prolata et fusa. Quæ enim alibi sacrificia laudis, hic *voluntaria oris* dicuntur, id est, voluntarie orationes, devotio, et piæ preces. Hebræum quidem *nedaba* genus est sacrificii, sed eo, ut etiam *vituli laborum* et *hostia laudis*, transferuntur apud Oseam 14, 5: *Reddamus vitulos, vitulos laborum nostrorum*; ubi doctè Hieronymus: *Vituli laborum*, ait, *laudes et gratiarum actio*. Pro quo Septuaginta: fructus laborum, iuxta illud Apostoli, Hebr. 15, 15: *Per ipsum offeramus hostiam laudis, id est, fructum laborum confiditium nominis ejus*. BENEPLACITA, accepta. Adjectivè, à parte posteriore verbi fac. Voluntaria oris mei fac beneplacita, fac ut placeant tibi.

VERS. 109. — ANIMA MEA IN MANIBUS MEIS (1), in manifestis periculis. Nam quod est in manu, est expositum et obiectum, sive obnoxium externæ direptioni; q. d.: Sum in perpetuis periculis, neque talis mors, neque vita, etc., me à tui charitate poterit separare, Rom. 8, 31. Chald.: *Anima mea perichlitatur, ac si in superficte manibus meæ esset*. Quo Hebraïso titur Job 15, 14, et Jephthæ, Judic. 12, 5: *Posui animam meam, inquit, in manibus meis, transivique ad filios Ammon, et tradidit eos Dominus in manus meas*; id est, vitam meam omnibus periculis exposui. Hinc Hieronymus ad Sinitiam: *Est breviter hic sensus: Quotidie periculis, et quasi in manibus meis sanguinem meum porto, et tamen legem tuam non obliviscor.* Hæc ille. Mendosi codices Græci legunt *ero*,

(1) Anima, vita mea in manu meâ; in maximo versor discrimine et vite periculo, ubi summâ opus est cautio et circumspectio. Grotius: *Loquendi genus Hebræum, quod summa pericula significat, quia quod manibus tenemus, facile eripi nobis potest.* Alii petunt putant à millibus, qui vitam in manu videntur portare, ut eam vel servant, pugando foriter, vel, si malè pugnent, amittant. (Rosenmüller.)

יָדַי SAMEGH, id est, Adfuturum. (Eusebius, Hieronymus.)

113. Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.

114. Adjutor et susceptor meus es tu, et in verbum tuum supersperavi.

115. Declinate à me, maligni; et scrutabor mandata Dei mei.

de quo D. Augustinus: «Nonnulli, inquit, codices habent, in manibus meis, sed plures, tuis. Et hoc quidem planum est; justorum enim anima in manu, et providentiâ, custodiâ Dei sunt; anima vero meâ in manibus meis, quo modo intelligitur, ignoro.» Quod explicat D. Hieronymus, ignorat D. Augustinus. Nempe multa ignorantur à linguarum imperitiis, quæ periti liquidò intelligunt. Unde vitiosam lectionem duntaxat interpretantur Augustinus, Cassiodorus, Theodoretus, etc. Et LEGEM, et tamen. Sic seq. vers.

VERS. 110. — ET DE MANDATIS TUIS NON ERRAVI; et tamen, ad propter has cruce, propter hos laqueos et insidias à tuo cultu non discessi.

VERS. 111. — HEREDITATE ACQUISIVI, unico verbo Græco, *ἐκπαρρησιασας*, hereditavi, hereditate possedi, accepi in hereditatem, pro hereditate elegeri, ut Psal. 15, 5. Quamdiù vivam, ea habiturus sum pro hereditate, non aurum, argentum, etc. Piorum patrimonium est lex Dei, non aurum, argentum, seculi pompæ, etc. EXALTATIO, gaudium et letitia.

VERS. 112. — INCLINAVI COR MEUM. Metaphora à lipripiente, qui stateram inclinat in quam vult partem. Trutinæ enim est simile animæ consilium, homo vero sive mens stateram tenenti: Theodoretus. PROPTER RETRIBUTIOEM (1), propter mercedem quam promisisti, propter præmium vitæ æternæ et aliorum bonorum, quibus studiosos legum tuarum remuneras. Hebræi pro mercede etiam exponunt perique Babilini, quod sit extremum operis: Alioqui propriè significat calcem, vestigium, plantam. Sic Apostolus, Hebr. 11, 26: *Fide Moses elegit affligi Dei causâ, quod aspiceret in rememorationem*. Causa finalis prima, per se propriè, cur applicandus sit animus ad exsequenda Dei mandata, est Deus, sive Dei voluntas et imperium, nempe quia sic vult et jubet; secunda autem, et minis præcipua, retributio, sive remuneratio nis spes. Aliqui exponunt, *usque ad calcem*, id est, usque ad finem extremum dierum meorum, ut supra, Psal. 70, 35. Non tamen rectè: jam enim posuit in æternum. Alii, *usque ad vestigium*, in singulis legis vestigiis.

(1) Nonnulli consent mitius reddi posse usque ad finem, scilicet vitæ, quod servile ferriè id videretur, Dei legem amplecti, atque illius inherere decretis, spe tantum præmii, sicuti ad hunc locum ait Folengius, monachus Cassinas. Neque non certè servendum Deo, quia ad hoc conditi sumus, etiamsi nihil nobis præmii propositum foret. Divina mandata peragere, ac rectè facere, non ex his quæ consequuntur, sed ipsum per se amabile est. Neque ei qui innocenti aut pietati studet, de præmio est cogitandum, ne pietas mercenaria videatur, quæ Deo, etiam absque mercede, in solidum debetur. Hic pertinet illud Antiqui Sochæi in Pirke Avoth: *Ne estote servus similes, qui Domino servit mercedis ergo.* (Muis.)

115. J'ai eu en horreur les impies, et j'ai aimé votre loi.

114. Vous êtes mon appui et mon asile; j'ai mis toute ma confiance dans votre parole.

115. Retirez-vous de moi, hommes méchants, et j'étudierai les commandemens de mon Dieu.

116. Suscipe me, secundum eloquium tuum, et vivam; et non confundas me ab expectatione meâ.

117. Adjava me, et salvus ero, et meditabor in justificationibus tuis semper.

118. Sprevisi omnes descendentes à judiciis tuis, quia injusta cogitatio eorum.

119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: idè dilexi testimonia tua.

120. Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui.

COMMENTARIUM.

VERS. 115. — INIQUOS ODI HABUI (1), cogitabundos, malè cogitantes propriè, *sahaphim*. Quo verbo aliqui hæreticos intelligunt, commenta nefaria animo agitantes, ut sit antithesis odii perversæ doctrinæ, et amoris legis Dei.

VERS. 114. — ADJUTOR ET SUSCEPTOR MEUS ES TU, latera et scutum, propriè per metaphoram. Docet se sub tutela Dei abscondi, et tanquam seuto defendi. SUPERSPERAVI. Præpositio auget, ut Hebræice conjugatio piel: vehementer speravi in tuâ promissione.

VERS. 115. — SCRUTABOR. Hebræicè, *veeserah*, id est, custodiam: ut intelligamus legem Dei esse scrutandam, ut opere compleatur, 1 Cor. 4, 20, Matth. 5, 20, Rom. 2, 15, 14, Jac. 1, 22, 25. Cognitionis enim finis est actio. Hic nota malorum consortia legis Dei studio officere.

VERS. 116. — SUSCIPE ME SECUNDUM ELOQUIUM TUUM, adjava me, confirma, sustenta, fulci secundum tuum promissum. Salutem mihi promissam largire. Eloquium enim promissionem hoc in loco dicit: Theodoretus. ET VIVAM. Optativi sive deprecativi modi: et fac vivam, et vivam obsecro; q. d.: Et vivifica me, ut alibi. Sic quod mox sequitur: *Et non confundas*. Nam Hebræicè *real*, et *ne*. Vivere hic videtur significare justum esse, ut Gal. 2, 19: *Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam*. Nam non loquitor de vitâ corporis. Sic illud, Habacuc 2, 4: *Justus ex fide vivit, vitâ scilicet spirituali, non sensibili*. Et non, deprecatur. Et ne frustrator me, ne me confundi sinas à meâ spe. Hinc Hebræicè *real*: ne pœdificam non impetrando quod promisisti.

VERS. 117. — ADJVA ME, ET SALVUS ERO, fulci me, ut conservet. ET MEDITABOR. Alii, et delectabor; alii, et narro. At meditatio non in verbis solum, sed etiam in operibus: Theodoretus.

VERS. 118. — SPREVISI OMNES DESCENDENTES (2), (1) Prima hujus versiculi vox *seaphim*, variè ab Hebræis aliis exponitur. Chaldaeus interpretatus est: *Qui cogitant cogitationes inanes*; Rasi: *Cogitantes cogitationes malas*; Ezra: *Cogitabundos aut corruptores*. Græcus et Latinus verterunt *iniquos*. Nihil vult eam vocem non esse nomen adjectivum, siquæ exponit hunc versum: Omnes alias cogitationes odio habui, sed legem tuam dilexi, omnesque meas cogitationes ad illam retuli. In hujus ergo sententiâ vertendum illud vocabuli *cogitationes*. (Muis.)

(2) Ostendit hunc quod si ipse odio habet iniquos, et à se recedere cupit, id facti exempli Dei, qui iniquos justissime excruciat. *Sprevisi*, inquit, tanquam rem nullius momenti, omnes discedentes à judiciis tuis, id est, omnes iniquos qui discedunt à viâ legis

116. Sontenez-moi selon votre parole, et je vivrai; et ne me confondez pas en me frustrant de mon espérance.

117. Aidez-moi, et mon salut sera assuré, et je m'exercerai continuellement dans la méditation de vos oracles.

118. Vous avez méprisé (rejeté) tous ceux qui s'écartent de vos jugemens, parce que leurs pensées sont injustes.

119. J'ai regardé tous les pécheurs de la terre comme des prévaricateurs; c'est pour cela que je me suis attaché à vos ordonnances.

VERS. 119. — PRÆVARICANTES REPUTAVI OMNES PECCATORES. A parte posteriore regitur. In fonte sermo ad Deum dirigitur: (Tanquam) scorias cessare et detinere fecisti, delevisti, abrasisti, sustulisti omnes impios terræ; vel, quasi rubiginem extimasti (pro nihilo, dixit Theodotus). Metaphora ab aurifice, qui argenti vel auri scorias abijcit, ut Deus impios. Quomodo scoria per ignem ab auro disjungitur, et rubigo abstergitur, neque igne consumitur, ita impios excrudendo consumisti igne (æterno). Septuaginta verterunt legisse, *soghim asabti*, errantes cogitavi; reputavi; non *sighim hisbata*. Sensus prior differt. Omnes peccatores terræ reputavi prævaricantes, pro prævaricantibus et transgressoribus sensui, id est, pro nihilo, pro hominibus nihili, et nullius præii, quorum interitus nihili aestimari debet, ut quorum vita sit republicæ noxia.

VERS. 120. — CONFIGE TIMORE TEO CARNES MEAS, *zahibeez*, clavibus transige, ne ad sua desideria ferantur, et in animam consurgant, sed mortuæ peccato factæ ejus ducatam sequantur. Doctè, nam *masmedim* sunt clavi. Isa. 41, 7, ut sit allusio ad mysterium crucifixionis Christi: sic Apostolus: Gal. 2, v. 19, *Christo confixus sim cruci*. Et Hierim., cap. 6, 15: *Per Christum mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*. Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Et rursus, Rom. 6, 6: *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut non ultra serviamus peccato*. Et alibi, Col. 3, 5: *Mortificate membra vestra, fornicationem, immunditiam et passiones alias*; q. d.: Transige carnes meas timore tanquam clavibus, ut caro sibi intereat, libi vivat. Perfora et penetra. Timor tuus altè intret in corpus meum. Mortifica, vulnera, debilita timore tuo carnem meam, ut ejus lascivia coarcectur, neve per eam

divinæ: quia injusta cogitatio eorum, id est, quoniam ipsi cogitant se non debere subditi legi Dei, nec ab eâ pendere: quâ cogitatione nihil iniquius esse potest, cum omnis creatura summo jure Creatori subjeci debeat. Hæc fuit cogitatio Luciferi, qui similis Altissimo, non autem ei subditus, esse voluit. Eadem fuit cogitatio primorum parentum, qui empirerit esse sicut Dii. Eadem est cogitatio omnium superiorum, qui dicunt in corde suo: *Quis noster Dominus est*? Hos igitur spernit Deus, et non multum curat, si multa millia eorum pereant in æternum, quia quanto plures ipsi se estimant, tanto minoris sunt à Deo. (Bellarminus.)

tibi peccem. Pro semar, vel semor, in imperat. Masorete maluerunt amar, in preterito, non tam recte: Confusa est pro timore; vel, iuxta alios: Morraui tui timore caro mea, ut quasi pili capitis erigantur in re-

177 AIN, id est, Fons, vel Oculus.

(Eusebius, Hieronymus.)

121. Feci iudicium et iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

122. Suscipe servum tuum in bonum: non calumniantur me superbi.

123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, et in eloquium iustitiae tuae.

124. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et justificationes tuas doce me.

125. Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

126. Tempus faciendi, Domine: dissipaverunt legem tuam.

127. Ideo dilexi mandata tua, super aurum et topazion.

128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

COMMENTARIUM.

